LIBRI SECVNDI
PARS III. ΠΡΟΦΥΛΑΚΤΙΚΗ.
De dignotione & curatione Corporis neutri in genere.

Hactenus de corporibus ſalubribus & inſalubribus, nunc de neutris agẽdum uenit, tũ in

- *Genere*, quo ad
  - *Cognitionem*
    - *Cauſarum*, materiæ ſcilicet & formæ. Sic corpus neutrũ uel per participationem
      - *Neutrius*
        - *Simpliciter*
          - *Semper*. Sunt perpetuò talia in omnibus ætatibus, citra tamen ægritudinem.
          - *Vtplurimum*. Non ſunt perpetuò talia in omnibus ætatibus, ſed quandoque mutantur.
        - *In* præſentia, ſeu ut nunc, & uel in neutralitate
          - *Firma*, ſeu habitu. Talia ſunt corpora ſenum, & hominũ per aliquod tempus notabile imbecillium.
          - *Non* firma, ſed fluxa, quæ deflectit uel ad
            - *Sanitatem*, & ſunt neutra conualeſcentiæ.
            - *Ægritudinem*: & ſunt neutra decidentiæ.
      - *Vtriuſq;* extremi: & uel
        - *Temperaturam* habentium bonam, compoſitionem uerò malam in toto uel in parte
        - *Temperaturam* habentium malam, compoſitionem uerò bonã in toto uel in parte
          - *Simpliciter*
            - *Semper*. In omni ætate perſeuerant talia.
            - *Vtplurimum*, in maiori parte ætatum.
          - *In* præſentia. Hæc ab aliqua occaſione hoc tempore ſunt talia.
      - *Nunc* huius nunc illius: uel ratione
        - *Temporis* anni: ut ſi quis æſtate robuſtus, hyeme uerò imbecillis
        - *Aetatis*: ut ſi quis in pueritia robuſtus, in adoleſcentia imbecillis
          - *Simpliciter*
            - *Semper*. Quæ à natiuitate & in ſummo ſunt talia.
            - *Vtplurimum*. Quæ à ſummitate illa declinant.
          - *Vt* nunc. Quæ ob aliquam occaſionem talia facta ſunt.
    - *Signorũ*, quæ indicant uel conſtitutionem neutrã
      - *Præteritam*, ſiue ea ſana fuerit, ſiue ægra. Sic ſignum neutrum dicitur Anamniſticum.
      - *Futuram*, uel ægram uel ſanam, ut in conualeſcentibus. Atque ſic ſignum neutrum erit Prognoſticum.
      - Præſentem, uel per participationem
        - *Neutrius*
          - *Simpliciter*
            - *Semper*
            - *Vtplurimũ*
          - Vt nunc, ſiue in præſentia
            - *Hæc* media ſunt omnino inter ſalubria & inſalubria, neque planè indicant ſanitatem, neq; inſalubritatem. Obſcura enim ſunt ſen ſui.
        - *Vtriuſque*
          - *Simpliciter*
            - *Semper*
            - *Vtplurimum*
          - *In* præſentia
            - Partim indicant ſalubritatẽ, partim inſalubritatem.
        - *Nunc* huius nunc illius
          - *Simpliciter*
            - *Semper*
            - *Vtplurimum*
          - *In* præſentia
            - hæc aliquo tempore indicant ſalubritatem, aliquo in ſalubritatem.
        - Sumuntur hæc ſigna ex fontibus quoq; ſalubrium, & inſalubrium generalibus, in prima & ſecunda huius libri parte enumeratis. Ab ijs enim tãtum differunt ſecundum *magis* & minus
  - *Curam*. Vide in ſeqq. ſignum ☙
- *Specie*, quæ pro uario lapſu in uarias differentias diſtinguitur. Eorum enim quædã labentia ſunt
  - *Naturaliter*, hoc eſt, uel propter
    - *Temperaturam* qualitatum
      - *Primarum*
        - *Calidiorem*. Frigidiorem.
        - *Humidiorem*. Sicciorem.
        - *Calidiorem* & humidiorem.
        - *Calidiorem* & ſicciorem.
        - *Frigidiorem* & ſicciorem.
        - *Frigidiorem* & humidiorem.
      - *Secundarum*. Sic alij
        - *Obeſi*.
        - *Macilenti*.
    - *Compoſitionem*: uidelicet
      - *Conformationem*.
      - *Magnitudinem*.
      - *Numerum*, Situm.
  - *Accidentaliter*, hoc eſt, uel propter
    - *Aetatem*: cuiuſmodi ſunt
      - *Infantes*.
      - *Senes*.
    - *Officium*, ſeu genus uitæ. Sic alij
      - *Laborantes*. Ocioſi.
      - *Iter agentes*.
      - *Nauigantes*.

☙ Curatio

- *Curatio* corporis neu tri ſuis perficitur indicationibus. Quare quid fieri debeat, indicat conſtitutio corporis neutra tũ per participationem
  - *Neutrius*, ut nunc: & uel
    - *Conualeſcentiæ*: hęc ſui refectionem indicat. Reficiunt autem quæ humano corpori ſunt familiaria. Familiaria autem ſunt, quæ ſanitatem denuò introductam conſeruant: reficiendo tamen accidentia à morbo relicta ſubmouent. Appellaturq́ue propriè Ἀναληπτική.
    - *Decidentiæ*, indicat ſui præſeruationem. Præſeruabitur aũt partim
      - *Conſeruando* id quod nondum eſt amiſſum, ſimilibus.
      - *Curando*, qđ eſt ablatum, contrarijs. Sic
        - *Intemperies*
          - *Calida*, frigidis
          - *Frigida*, calidis
          - *Humida*, ſiccis
          - *Sicca*, humidis
          - Curatur.
        - *Compoſitio* deficiẽs in
          - *Figura*
          - *Magnitudine*
          - *Numero*
          - *Situ*
          - Vide ſuprà in prima huius libri parte.
      - Appellatur propriè Προφυλακτική.
  - *Vtriuſq;*, in quo corpore in aliqua parte ſanitas eſt, in aliqua neutra conſtitutio
    - *Simpliciter*
      - *Semper*, indicat ſui conſeruationem, quatenus ſemper ſanum eſt, quatenus uerò neutrum, ſui præſeruationem.
      - *Vt multum*, indicat utplurimum ſui conſeruationem, qua ſanum, præſeruationem uerò, qua neutrum.
    - *In præſentia*, indicat nunc ſui conſeruationem, qua ſanum eſt, præſeruationem uerò, qua neutrum.
  - *Nunc* huius, nunc illius, in quo quãdoq; ſanitas eſt, quãdoq; neutra diſpoſitio, reſpectu
    - *Aetatis*: ut
      - *Semper*, qua ætate ſanum, ſemper ſeruandum eſt ſimilibus: qua uerò neutrũ, partim ſimilibus, partim contrarijs præſeruandum eſt.
      - *Multum*: qua ætate ſanum, ſui conſeruationem indicat, qua neutrum, ſui præſeruationem.
      - *Nunc*, qua ætate nunc ſanum, ea ætate ſui indicat conſeruationem, qua uerò neutrum, ſui præſeruationem.
    - *Temporis* anni, Indicat ſui
      - *Conſeruationem*, quatenus hoc tempore ſanum eſt.
      - *Præſeruationem*, quatenus hoc tempore neutrum eſt. Præſeruatur autem partim ſimilibus, partim contrarijs, ut ſuprà dictũ eſt.

De cognitione & cura Corporis neutri calidioris.

- *Calidioris* corporis humido uerò & ſicco temperati
  - *Cognitio*, habetur ex ſignis
    - *Capilli*
      - *Multi.*
      - *Nigri.*
    - *Cutis* & totum carnoſum genus tactu calidum.
    - *Color* rubicundus.
    - *Corpus* minus pingue.
    - *Offenſio* à calidis.
    - *Auxilium* à frigidis.
  - *Curatio*, ſuis indicationibus perficitur. Quare quid fieri debeat, indicat intemperies calida, quæ ſui correctionẽ indicat non quidem affatim, ſed ſenſim. Corrigitur autem uictus ratione, inſtituta ſecundum
    - *Qualitatem* contrariã: Quare
      - *Aer* frigidior eligendus.
      - *Exercitationibus* utantur mollibus, & tardis: ut
        - *Deambulationibus.*
        - *Balneis.*
        - *Frictionibus* ex oleo.
        - *Equitationibus*, &c.
      - *Animi* affectus immodicos fugiat, maximè iram, &c.
      - *Cibus* ſit frigidior, in humido uerò & ſicco temperat⁹: cuiuſmodi eſt
        - *Hordeatum.*
        - *Ius* pullorum, in quo lactuca fuerit incocta:
        - *Caro*
          - *Veruecina.*
          - *Vitulina.*
          - *Pullorum*, &c.
        - *Piſces* ſaxatiles, parui.
        - *Ex* oleribus
          - *Lactuca.*
          - *Endiuia.*
          - *Spinachia.*
        - *Ex* fructibus
          - *Poma*, *Pira*: Aſſa.
          - *Cucurbitæ.*
          - *Cucumeres.*
          - *Ceraſa.*
          - *Perſica*, &c.
      - *Potus* ſit uinum album, tenue, aquoſum: ab antiquo uerò caueant,
    - *Quantitatem* commodam: quæ pro ætatis ratione, temporis anni, &c, uariãnda eſt.

De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0648-8

De cognitione & cura Corporis neutri frigidioris.

- *Frigidioris* corporis conſtitutionis
  - *Cognitio*
    - *Capilli* ruffiores.
    - *Cutis* & uniuerſum corpus tactu frigidius.
    - *Corpus*
      - *Pingue.*
      - *Glabrum.*
      - *Ruffius*, &c.
    - *Offenſio* à frigidis.
    - *Auxilium* à calidis.
  - *Curatio* indicationibus perficitur. Itaq; quid agendum ſit, indicat ipſa tẽperatura, quæ ſui correctionem indicat per uictus rationem
    - *Qualitatis* contrariæ, ſcilicet calfacientem. Quare
      - *Aer* ſit calidior.
      - *Exercitationibus* utantur celerioribus, quæ calorem excitant.
      - *Animus* ſit quietus, uel ira moderata.
      - *Aluus* quotidie ſit laxa.
      - *Cibis* utantur calidiorib. ut
        - *Ouis* tremulis, uel ſorbilibus.
        - *Iure* carnium.
        - *Carnibus*
          - *Gallinarum.*
          - *Perdicum.*
          - *Caponum.*
        - *Ex* oleribus
          - *Eruca.*
          - *Mentha.*
          - *Petroſelino.*
          - *Raphano.*
          - *Thymo*, &c.
        - *Ex* fructibus
          - *Amygdalis.*
          - *Nucibus.*
          - *Vuis.*
          - *Pineis.*
          - *Piſtachijs.*
      - *Potus* conuenit uinum flauum, meracum, &c.
    - *Quantitatis* debitæ. Sic
      - *Cibus* & potus pro ratiõe temporis anni, regionis, ætatis, &c. minuendus augendúſue.
      - *Somnus* moderatus, uel conſueto paulò breuior ex uſu eſt.

De cognitione & cura Corporis neutri, humidioris & ſiccioris.

- *Corporis* neutri
  - *Humidioris*
    - *Cognitio*
      - *Totum* corpus
        - *Carnoſius.*
        - *Mollius.*
      - *Auxilium* à ſiccis.
      - *Offenſio* ab humidis.
    - *Curatio* indicationibus abſoluitur. Itaq; quid fieri debeat, indicat ipſa temperatura corporis humidior, quæ ſui per contraria correctionem indicat. Quare utantur
      - *Aere* ſicciore.
      - *Frictionibus* — / *Exercitationibus* — paulò longioribus.
      - *Inedia.*
      - *Repletione* cibi & potus nulla. Nam his cruditates obnoxiæ ualde.
      - *Alimentis* boni ſucci cum ui extenuante.
      - *Vino* meraciori, &c.
  - *Siccioris*
    - *Cognitio*
      - *Corpus* totum
        - *Gracile.*
        - *Durum.*
        - *Siccum.*
      - *Offenſio* à ſiccis.
      - *Auxilium* à calidis.
    - *Curatio* fit uictus ratione contraria. Itaq; utantur
      - *Aere* humidiore.
      - *Somno* longiore.
      - *Quiete*, uel exercitationibus mollibus, ac tardis.
      - *Balneis* frequentioribus.
      - *Alimentis* humidis.
      - *Vino* aquoſo, albo, tenuiore, &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0649-6

De cognitione & cura Corporis neutri, calidioris & ſiccioris, calidioris & humidioris.

- Corporis neutri
  - Calidioris & ſiccioris
    - *Cognitio*
      - *Capilli* nigri.
      - *Cutis* nigrior.
      - *Vniuerſum* corpus
        - *Calidius*, Siccius.
        - *Durius*, Macilentius.
        - *Gracilius* & hiſpidius.
      - *Auxilium* à frigidis & humidis.
      - *Offenſio* à calidis & ſiccis.
    - *Curatio* ſuis perficitur indicationibus. Nam quid fieri debeat, indicat ipſa temperatura tum
      - *Sola*, quæ ſui correctionē indicat: ꝙ commodè fieri poterit uictus ratione inſtituta ſecundum
        - *Qualitatem* contrariã: ſcilicet refrigerantē & humectantem. Itaq; utantur
          - *Aere* frigidiore & humidiore. Quiete.
          - *Frictionibus* ex oleo.
          - *Balneis* frequentioribus.
          - *Alimentis* humidioribus & frigidiorib.
          - *Potu* aquæ, uel uini aquoſi.
        - *Quantitatem* debitam: quæ moderata eſſe debet.
      - Cū materia bilioſa, q̄ ſui ablationem indicat: ꝙ fiet partim
        - *Victus* ratione prædicta.
        - *Medicamentis* purgantib. bilē. Quare bilis
          - *Petens* locum conuenientem aliquem
            - *Superiorem*, tunc uomitorijs purganda, uel iuuanda.
            - *Inferiorem*, id eſt per aluum, Medicum ſolicitum eſſe non oportet.
          - *Nullum* locum petens, ſed potiùs retenta, purganda eſt medicamento ducente bilem flauam.
  - *Calidioris* & humidioris
    - *Cognitio*
      - *Corpus* carnoſum & molle.
      - *Corpus* calidum & hiſpidum.
      - *Color* ex albo & rubro.
      - *Promptè* morbis ex putredine corripitur, &c.
    - *Curatio*, ſuis indicationib. perficitur. Quare, quid fieri debeat, indicat tēperatura ſanguinea, quæ corrigenda eſt partim
      - *Victus* rōe contraria, ſcilicet refrigerante & ſiccante. Quare utantur
        - *Aere* frigidiore & ſicciore.
        - *Exercitationibus* moderatis.
        - *Frictionibus* moderatis, uel paulò longioribus.
        - *Somno* breuiore.
        - *Vigilijs* longioribus.
        - *Curis* moderatis.
        - *Alimentis* frigidioribus & ſiccioribus.
        - *Vino* aquoſo.
      - *Chirurgia*. Sic utantur tum uenæ ſectionibus, tum ſcarificationibus, &c.

De cognitione & cura Corporis neutri, frigidioris & ſiccioris, frigidioris & humidioris.

- *Corporis* neutri
  - *Frigidioris* & ſiccioris (infeliciſſimi hi ſunt)
    - *Cognitio*
      - *Capilli* ruffi.
      - *Cutis* color liuidus, uel candidus.
      - *Totum* corpus
        - *Glabrum*. Gracile.
        - *Durum*.
        - *Frigidum*.
      - *Offenſio* à frigidis & ſiccis.
      - *Auxilium* à calidis & humidis.
    - *Curatio*, indicationib. abſoluitur ſuis. Quare quid agendum ſit, indicat ipſa temperatura, quæ per contrariam uictus rationem corrigenda. Itaq;
      - *Aer* calidus & humidus eſt ex uſu.
      - *Somnus* conuenit longior.
      - *Quies* eſt eligenda.
      - *Balnea* competunt aquæ dulcis.
      - *Animi* affectus immodici fugiendi, præſertim ira, triſtitia, ſolicitudo, &c. gaudium uerò & lætitia præcipienda.
      - *Alimentis* utantur calidiorib. & humidioribus: ut
        - *Iuſculis*
          - *Carnium*.
          - *Gallinarum*.
        - *Amygdalatis*.
        - Carnibus
          - *Pullorum*, Gallinarum.
          - *Caponum*, Hœdinis.
          - *Veruecinis*, &c.
        - Ex oleribus
          - *Borragine*,
          - *Bugloſſa*,
          - *Spinachia*, &c.
        - *Ex* fructibus
          - *Vuis* maturis.
          - *Amygdalis*.
          - *Nucibus* pinei.
          - *Piſtacijs*.
          - *Vuis* paſsis, &c.
      - *Potus* ſit uinum album, tenue, &c.
  - *Frigidioris* & humidioris. Vide in ſeqq. ſign. c-%

- *Corporis* neutri frigidioris & humidioris
  - *Cognitio*
    - *Capilli* ruffi.
    - *Corpus*
      - *Glabrum*, Album.
      - *Molle.*
      - *Craſſum* & pingue.
    - *Color* ruffus aut liuidus.
    - *Offenſio* à frigidis & humidis.
    - *Auxilium* à calidis & ſiccis.
  - *Cura*, fit per contrariá. uiuendi rationé. Quare utantur
    - *Aere* calidiore & ſicciore.
    - *Exercitationibus* / *Frictionibus* — celerioribus & longioribus.
    - *Inedia.*
    - *Euacuatione* pituitæ.
    - *Alimentis* boni ſucci, calidioribus & ſiccioribus, ut auibus, phaſianis, perdicibus, aſsis potius quàm elixis.
    - *Vino* antiquo, meraco.
    - *Somno* breuiore.
    - *Vigilijs* & curis longioribus, &c.

De cura Obeſorum.

- *Obeſa* corpora ſi extenuari uolunt,
  - *Exercitatione* multa / *Frictione* magna cum oleo anethino & ſale / *Balneis* ex aqua & ſale / *Inſolatione* — utantur.
  - *Cœnam* omnino dimittant, aut cappares cum aceto, oleo & ſale ſumant.
  - Cibo utantur extenuante: ut
    - *Capparibus.*
    - *Ciceribus.*
    - *Oleribus*, & quæ citò per uentrem deſcendunt.
    - *Pane* furfuraceo.
    - *Piperis* frequentioris uſu.
    - *Vino* albo tenui.
    - *Aceto* aqua temperato.
    - *Sale* multo in cibis.
    - *Omni*, in ſumma, uictu exiccanté.

De cura Macilentorum.

- *Corpora* macilenta ſi craſsiora fieri uolũt,
  - *Primò* intemperies eorum corrigenda eſt, aut obſtructio, ſi quæ fuerit in cauſa, reſeranda. ſunt enim admodum graciles bilioſi, aut melancholici, &c.
  - *Deinde*
    - *Cibis* boni & multi ſucci utantur.
    - *Vinum* bibant dulce.
    - *Frictiones* mediocres, & oportunè cum linteis aſperis adhibeantur, quæ uſq; ad carnium tumorem & ruborem perducant, & non ultra.
    - *Exercitationes* ſint breues & non celeres.
    - *Balneis* aquarum dulcium utantur, in quibus nec ſudent, nec diutius immorentur, à tepida exeuntes in frigidam ingrediantur.
    - *Totum* corpus *Tropace* / *Cera* / *Pice* — inungatur.

De curatione corporis neutri in compoſitione, uide ſuprà in prima huius libri parte.

De cognitione & cura Infantium.

- *Infans* ad eam magnitudiné perductus, ut alimenti copiam in utero capere non poſsit, aut etiam aerem inſpirare cupiat, calcitrat, & acetabula diſrũpit, & in lucé prodit. Huius
  - *Cognitio*
    - *Naturæ.* Eſt humidæ temperaturæ. quò enim partui proximior eſt infans, eò etiam humidioris eſt naturæ, cum ex ſemine & ſanguine menſtruo originem ducat.
    - *Accidentium*, ſeu uitiorum: (ijs namque ferè ineuitabilia quædam mala accidunt, quamuis probè regantur) uidelicet
      - *Dentitionis*
        - *Septimus* ætatis menſis.
        - *Multa* ſaliua in ore.
        - *Dolor* gingiuarum.
        - *Febres* ſuccedunt.
        - *Venter* laxus, &c.
      - *Exanthematum* (quæ puſtulæ & uariolæ & papulæ appellãtur) quorum præcedentia ſigna ſunt
        - *Raucedo* uocis.
        - *Tuſsis.*
        - *Capitis* dolor.
        - *Oculorum* & faciei rubedo.
        - *Lachrymarum* defluxus.
        - *Sternutatio* frequens.
        - *Subitus* tremor & timor.
        - *Febris* continua.
      - *Morbilorum*: uariolæ minores
        - *Bilioſæ.*
        - *Cutim* exaſperantes.
        - *Rubei* coloris.
      - *Vlcerum* capitis, oris, &c. / *Pediculorum* / *Inflammationum* / *Tuſsis* / *Vmbilici* prominentiæ / *Relaxationis* inteſtini recti / *Excoriationum*, &c. — manifeſta.
  - *Cura.* Vide in ſeqq. ſign. ☞

Infantis cura ſuis perficitur indicationibus. Quare quid fieri debeat, indicant tum

- *Natura*, ſeu temperatura naturalis humida, quæ ſui conſeruationem indicat. Quomodo autem & quibus conſeruetur, uide ſuprà in prima huius libri parte.
- Accidētia, ſeu uitia, quib. ineuitabiliter ferè moleſtātur, quæ ſemp ſui ablationē indicant. Sic
  - *Dentitio*: de qua uide in ſequentibus.
  - *Exanthemata*, ſeu uariolæ, ſeu papulæ, à ſanguine mēſtruo ortum ducunt, indicationis modo id excremētū natura pellente ad cutem. Quòd ſi oriantur ab humore
    - *Calidiore*
      - Crudo adhuc,
        - *Ab* aere frigido tueantur.
        - *Pannis* rubris corpus inuoluatur.
        - *Oxyſacharo*, *Syrupo* de end., *Syrupo* uiolaceo utantur.
        - *Lac* matris corrigendum iure pulli cum lactucis, & ptiſana.
        - *Scarificatione* crurum utantur poſt ſecundum ætatis annum, ante uerò id tempus prætermittenda.
        - *Oculi* præſeruandi collyrio ex aqua roſarum & croco.
        - *Os* aqua plantaginis abluendum, &c.
      - *Coctio*, ſeu ſuppuratis uariolis,
        - *Cuticula* externa acu aurea aut argentea pungenda, ut pus manet, atque rizi toſti puluis inſpergendus, aut ſimul cum tragacantho diſſoluto in aqua roſarum.
        - *Item* unguentum de ceruſſa, & rizum cum butyro, &c.
    - *Craſſiore*: & tunc latæ ſunt uariolæ:
      - *Ab* initio ſanguis mittendus, ſi febris adfuerit.
      - *Syrupo* extenuante utantur, ex elixatione ficuum, ſeminis fœniculi & laccæ, &c.
  - *Morbili*: de quibus in ſequentibus.

De curatione Morbilorum.

Morbili, ſunt uariolæ quædam minores, & quæ cuti non prominent, ſed bilioſæ ſunt, cutim tantummodo exaſperantes. Sunt autem rubri coloris, & ad pallorem inclinantes. Eandem habent curationis ſpeciem, quam Exanthemata, niſi quòd ualentius refrigerare expediat. Syrupo ex acetoſa, aut uua acerba, aut acido limonum utantur.

De cura Dentitionis.

Dentitio curatur, ſi

- *A* maſticatione durorum abſtineant.
- *Maxillæ* infernæ oleum chamomelinum cum lanis illotis admoueatur.
- *Gingiuæ* cum terebynthina & oleo chamomelino cum panno linteo leuiter fricentur, & aqua calida infundatur, &c.

De cura Vlcerum capitis, oris & aurium.

Curatio ulcerum

- *Capitis*, quæ Ichores dicuntur (quibus cruſta adnaſcitur, ex pure manante reſiccato: quædam autem ſunt melicerides, ſiue faui) tali puluere perficitur:
  - ℞. *Mellis* ℥. iij.
  - *Acaciæ* ʒ. ij.
  - *Myrrhæ* ʒ. j.
  - *Aloes* ʒ. S.
  - Miſce, & fiat puluis, ſiccus inſpergendus, aut cum melle uel uino liniendus.
- *Oris*, quæ Aphtæ dicuntur (ex lactis acredine aut ſalſedine oriuntur) perficitur collutione oris cum aqua aut ſucco plantaginis, aut aqua lactucæ cum fortiore fricatione: ſi ſordida, melle roſaceo.
- *Aurium*, abſoluitur cum alumine, uino nigro aſtringente diluto: aut puluere roſarum, aluminis & myrrhæ, cum ſapa & aceto mixtis & impoſitis.

De cura Pediculorum.

Pediculis medetur tale unguentum:

- ℞. *Lithargyrij* ʒ. j.
- *Staphydis* agriæ ʒ. j. S.
- Cum oleo & pauco aceto fiat unguentum, quo liniantur.

De cura Inflammationum oculorum & aurium.

- *Inſlammationi*
  - *Oculorum* medetur
    - *Lycium* diſſolutum in aqua roſarum, oculis inſtillatum.
    - *Collyrium* ex ceruſſa & tragacantho, in lacte diſſolutum & inſtillatum.
    - *Lac* mulieris inſtillatum.
  - *Aurium* conuenit
    - *Oleum* roſaceum, in quo inteſtina terræ fuerint frixa, & inſtillatum.
    - *Roſaceum* cum mulieris lacte.
    - *Roſaceum* cum oui albo inſtillatum.

De curatione Tuſsis infantium.

- *Tuſſi* infantium conueniunt
  - *Succus* glycyrrhizæ.
  - *Mel* deſpumatum.
  - *Nuclei* pini cum melle.
  - *Penidiæ*, &c.

De cura Vmbilici prominentis.

- *Vmbilici* prominentia curatur emplaſtro aut ex
  - *Reſina* terebynthina cum myrrha.
  - *Maſtice*, myrrha, & ladano.
  - *Terebynthina*, maſtice, & alumine.
  - *Alumine* & melle.
  - *Melle* & cumino, appoſitum & obligatum.

De cura Prominentiæ inteſtini recti.

- *Inteſtini* recti prominentiam ſeu relaxationem curat, aut
  - *Sacculus* ex floribus chamæmeli calidus, & uino inſperſus.
  - *Semen* naſturtij tritum cum butyro.
  - *Vinum*, in quo malicorium ebullierit calidum.

De cura Terroris in ſomno.

- *Inſomnia* terroris plena curantur
  - *Melle* lincto.
  - *Ciborum* abſtinentia.
  - *Suppoſitorijs* ex melle toſto, &c.

De cura Excoriationum genitalium partium.

- *Excoriationes* partium genitalium ob urinæ acredinem, curantur
  - *Sebo* hircino.
  - *Puluere* myrthi.
  - *Linimentis* concerptis, &c.

De cognitione & cura Senum.

- *Senum*
  - Cognitio
    - *Naturæ*, Sunt frigidi & ſicci.
    - *Accidentium*, ſeu uitiorum: ſcilicet
      - *Appetitus* proſtrationis / *Dentium* uitiorum / *Caliginis* oculorum / *Frigoris* hyberni — manifeſta.
      - *Excrementorum* pituitoſorum
        - *Cruditates*.
        - *Crapula*.
        - *Mala*, ſeu potiùs concoctio imbecilla.
      - *Arenularum*. Ex urina patet.
  - *Curatio* ſuis indicationibus perficitur. Quare q̃d agendũ ſit, indicat tũ
    - *Natura*, ſiue temperatura frigida & ſicca, quę ſui potius correctionem quàm conſeruationem indicat. quod commodè fieri poterit uictus ratione, inſtituta ſecundũ
      - *Qualitatem*: de qua uide in ſeqq. ſign. A
      - *Quantitatem* debitam, quę ſit pauca, & non ex longis interuallis: quoniam eorum uires non poſſunt ſemel multum ſuperare. pauco igitur cibo, & boni ſucci utantur, & ſæpe, &c.
      - *Tempus* commodum, Sic
        - *Exercitia* ſint debito tempore, prima ſcilicet, ſecunda & tertia concoctione peracta.
        - *Quies* concoctioni aptior eſt.
        - *Balnea* fiant quotidie manè, uentris & ueſicæ excrementis priùs depoſitis.
        - *Aluus* quotidie reſpondeat.
        - *Somnus* ſit nocturnus, & aliquãdo meridianus, maximè ſi nocturnus non benè ſucceſſerit.
        - *Animum* in diuinarum rerum, uel morali philoſophia exerceat ſtomacho ieiuno, uel horis quinq; poſt ſumptum cibum, &c.
    - *Accidens*, Vide in ſeqq. ſign. B.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0653-4
DFG

- A. *Secundum* qualitatem contrariã: ſcilicet calefacientem & humectantem. Itaque
  - *Aer*, quem inſpirat, ad humiditatem aliquam declinet: frigidum uerò uitet.
  - *Exercitationes* fiant per
    - *Ambulationes*,
    - *Equitationes*,
    - *Vehiculos*,
    - *Conſueta* opera:
    - quoniam calorem excitant, fuligines expellunt.
  - *Inanitio* fiat per
    - *Balnea* aquæ dulcis tepidæ.
    - *Frictiones* ex oleo tepido.
    - *Aluum* quotidie ſemel ad minus natura, uel arte.
    - *Phlebotomiam* nequaquam,
    - *Venerem* nullo modo: —
      - quoniam ſenibus, tanquam uenena, inimica ſunt.
  - *Somnus* ſit longior, quoniam interius corpus humectat.
  - *Animi* affectus uehementiores uitent, ſed læti uiuant, atq; in diuinarum rerum contemplatione, in ſacris uoluminibus, & Philoſophia morali animum exerceant recreentq;, &c.
  - *Cibus* ſit humectans, calefaciens & reficiẽs, cuiuſmodi ſunt
    - *Panis* triticeus modicè fermentatus & in clibano coctus, cum melle aut butyro eſus prima menſa.
    - *Caro*
      - *Gallinarum*
      - *Pullorum*
      - *Caponum*
      - *Veruecina*
      - *Vitulina* —
      - elixa: quibus temporibus frigidis aromatica miſcenda.
    - *Iuſcula* carnium.
    - *Butyrum* recens.
    - *Piſces* ſaxatiles, &c.
  - *Potus* ſit uinum ætatis mediocris, purum, album, uel fuluum, ſuauiter olens, ſaporis medij inter omnes qualitates.
- B. *Accidentia*, ſeu uitia, quibus moleſtantur ſenes, ſunt
  - *Appetitus* proſtratus: qui curatur
    - *Capparibus* ex oleo & aceto.
    - *Oliuis* ſalitis, &c.
  - *Excrementorum* pituitoſorum copia: quibus confert
    - *Mel* deſpumatum, uel in quo conditæ fuerint paſtinacæ.
    - *Vinum* mulſum.
    - *Reſinæ* terebynthinæ ℥.S. cum ſaccharo aut melle ſumpta.
    - *Beta* ex oleo & aceto.
    - *Clyſter* ex
      - *Maluarum* elixatione, & melle & oleo.
      - *Iure* inteſtinorum & oleo.
  - *Dentium* uitium:
    - *A* cibis
      - *Putridis* & duris —
      - *Stuporem* inducentibus
      - abſtineant.
    - *Cibo* ſumpto, præſertim dulci, dentes uino abluant.
    - *Si* quid dentibus hæſerit, id lentiſco, aut ſalice detrahant.
  - *Caligo* oculorum
    - *Oculos* manè à ſomno frigida ſæpius lauent, & quandoq; aqua fœniculi, ad mundandas lippas & ſordes, & membranas extergendas.
    - *Oculos* nimia lectione non fatigent.
    - *Literas* minutas non legant.
    - *A* cibis, qui diutius in uentre morantur, aut in ipſo corrumpuntur, aut craſsi ſucci ſunt, & frigidæ naturæ, abſtineant, & ab his, qui capiti fumum mittunt, uti porrum, cæpa & eruca, &c.
    - *Deambulatione* in hortis uiridibus utantur.
    - *Aurium* ſordes frequenter mundent, atq; eiſdem oleum amygdalarum dulcium inſtillent.
  - *Frigus* hybernum:
    - *Tempore* hyberno, pannis, pellibus, & ſerico induti incedant.
    - *Calceati* duplicatis ſoleis incedant.
    - *In* calidis hypocauſtis habitent, uerſenturque.
  - *Arenulæ*: quibus conuenit
    - *Vinum*
      - *Mulſum*.
      - *Pallidum*.
    - *Vinum*, in quo betonica fuerit infuſa, &c.

De cura Laborantium.

- *Qui* uitã in laboribus agũt, probãdi ſunt, an
  - *Sani* per eos labores degant: & tunc in eiſdem permaneant.
  - *Morbis* facilè corripiantur, & tunc in alios mutandi ueniũt: niſi per omnes labores conſimili modo malè habeant. tunc enim in prioribus maneant. Itaq; ſi ægrotent ex
    - *Plenitudine* humorum omnium, ſeu Plethora, utendum eis erit
      - *Balneis*, ſi eis aſſueuerint.
      - *Frictionibus*.
      - *Sudoribus*.
      - *Inedia*.
      - *Cibo* pauci alimenti.
    - *Cacochymia*, tunc utendũ
      - *Medicamentis*
        - *Alterantibus*, ſi crudi adhuc fuerint humores peccantes.
        - *Purgantibus*, ſi præparati & cocti fuerint humores.
      - *Alimẽtis*, quæ humoris generationi ſint aduerſa: deinde ita inſtituendus uictus, ut à prædicto lapſu corpus præſeruetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0654-0

De cura Ocioſorum & Captiuorum.

Ocioſi atq; incarcerati talem uiuendi rationẽ obſeruent:

- *Frictionibus* crurum & brachiorum atq; totius corporis utantur.
- *Aluus* quotidie reſpondeat, arte uel natura.
- *Cibus* ſit facilis concoctionis, & non multi nutrimenti, ueluti ſunt
  - *Carnes* auium.
  - *Piſces.*
  - *Iura* carnium.
  - *Olera.*
  - *Fructus.*
  - *Abſtineant* à carnibus porcinis, bubulis, ac in ſumma à craſsis, & glutinoſis cibarijs, & his, quæ crudos humores coaceruant.
- *Vino* albo utantur, &c.

De cura Iter agentium.

Iter agentes tempore

- *Temperato*, ſic regẽdi ſunt:
  - *Antequam* iter ingrediantur, corpus mundum eſſe decet: ita ut nec plethora, aut cacochymia laborent, aut ab eiſdem antè liberentur, ne ex longo itinere in morbum incidant.
  - *Iam* iter aggreſſuri, cibum non accipient, neque bibent, ne alimentum corporis commotione diſtribuatur crudum.
  - *Ambulantes* corpus inungere debent, & ualidè lata faſcia lumbos ligare ad ilia uſq;, baculoq; innitẽtur, ſiue ad aſcendendum, ſiue ad decliuia loca peragenda.
  - *Equitantes* uincto corpore prædicta faſcia, ualidè uentrem inferiorem & inguina apprehendent, & in anteriori ſedis parte, molle aliquod, ut puluinar, aut ueſtem pelliceam apponent, cui brachijs & manibus corpus ſtabiliant, & firment.
  - *Cibus* ſit boni ſucci, non multus, poſtquam in hoſpitio quieuerint, iam ſedata corporis agitatione. Potus uerò ſit uinum dilutum.
- *Intemperato*: uidelicet
  - *Aeſtiuo*, huiuſmodi uictu utãtur:
    - *Cibum* aliquem accipient, antequam iter aggrediantur, refrigerãtis facultatis, ut pirum aut cucurbitam ſaccharo condicam.
    - *Caput* à ſole tueatur umbella, & totum corpus pallio ex corijs hirci probè paratis.
    - *Os* ſæpius frigida abluant.
    - *Lento* incedant motu.
    - *Ad* hoſpitium peruenietes faciem aqua frigida abluant, & crura & pedes tepida. Iuuenis in frigida natet, puer uerò ſeu ſenex in tepidam ingrediatur.
    - *Deinde* lactucam edant ex oleo, aceto & pauco ſale, & cibo boni ſucci, non multo utantur, & refrigerante. Potus ſit uinum ualde aquoſum, ſeu dilutum.
    - *Ad* ſitim ſedandam ferãt portulacam aut lactucam in ore, aut lapillos terſos, aut criſtallum, & taceant, & ore clauſo reſpirent, & roſas ac uiolas odorent, &c.
  - *Hyberno*, ſic gubernãdi ſunt:
    - *Cibum* accipient antequam iter aggrediantur, tum ſalſamento calido, ut pulli aut gallinæ carnem aſſam, cum pipere aut caryophyllis, aut allijs.
    - *Vinum* ualidum & meracum bibant.
    - *Totum* corpus linteis pannis & pellibus induant, & corijs hircorum, & crura ocreis ſupra caligas laneas muniant.
    - *Ad* hoſpitium peruenientes, & refrigerati, nõ ſtatim ad ignem accedant, ſed primum deambulent in loco non frigido, & manus fricent.
    - *Cibo* & potu utantur, ut ſuprà dictum.

De cura Nauigantium.

Nauigantes inſueti, & multi, qui in curru aut lectica geſtantur, facilè ad uomitum prouocantur. His nullo remedio opus eſſe uidetur. quoniam per eum corpus à redundantia humorũ euacuatur. Verùm à uomitu expediet corpus pane, & lentibus excorticatis ex aqua & aceto elixis alere, & uinũ bibere, cui aliqua aſtringendi uis inſit, boni odoris, ſed paucæ quantitatis. Sunt etiam, quibus uomitum cohibere placet, quem moleſtè ferunt. His præcipiendum,

- *Ne* aquam aſpiciant.
- *Vt* offam panis ex uino odorato accipiant.
- *Vt* ſyrupum de mentha ſumant.
- *Vt* pomum odoratum cum aniſo, aut malum cotoneum, & bonos odores naribus admoueant, &c.

FINIS TERTIAE PARTIS
Libri ſecundi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0655-6